

ius in filio.

His vero omnibus peractis Constantius filio suo Constantino et sue conjugē (sic!) cum ea solemnitate fieri fecit nuptias, ac si illo die essent primum matrimonialiter copulati. Ambasiatoribus vero imperatoris grecorum post hoc cum magnis muneribus et magno honore reviserunt. (sic!) Qualiter autem Constantinus, mortuo suo patre Constantio in romano imperio, et mortuo suo socero in grecorum imperio successerit et factus fuerit totius seculi Monarcha, qualiter a sancto Silvestri papa a lepra curatus et ad fidem Christi conversus fuit ac usque ad mortem in utroque imperio potentissime regnavit, et qualiter sancta Helena mater Constantini Hierosolimam ^{invenit} ~~conten-~~ ~~erit~~ et sanctam crucem ibidem invenit, require in suis locis. Hec autem hic scribi phas non est nec oportet. Sed hec sufficiant pro ortu Constantini sic fuisse scripta, ad laudem et honorem individue trinitatis, patris